



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

II. De Procurationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

riana constitutione latius continetur. Cum autem delegatus Episcopi recufatur, recufationis causa coram Episcopo probanda erit, licet coram ipso, qui recufatur, sit alleganda.

Judicium summarium est, in quo subilo ordinis iudicariis observatione pratermissa proceditur. Ordinarium & solenne est, in quo series iudicaria tele observatur. h. d.

Veritas iudiciorum tertia divisio hanc est, quod quaedam sunt summaria, quaedam ordinaria & solennia. Summaria sunt, in quibus subtili & solenni ordinis iudicariis observatione pratermissa proceditur: ut sunt a causa electionum, provisionum, matrimonii, usufructum, & similes, in quibus nec solennis libelli portio, vel litis contestatio est necessaria, sed simpliciter de plano sine strepitu ac figura judiciali proceditur. Itaque de his iudices, etiam tempore feriatarum ob hominum necessitates indulgentiam cognoscat, & litem, dilationes imputando, exceptiones, & appellationes dilatorias & frustratorias repellendo, quanto poterit, facit breviorum, prout hanc duabus Clementis luculentissimis constitutionibus latius continetur. Iudicium ordinarium & solenne est, in quo exquisito & solenni juris ordine servato proceditur: ut puta, libellum porrigendo, litem contestando, & alia faciendo, de quibus infra latius visuri sumus.

DE PROCURATORIBVS. TITVLVS II.

Iudicia exercemus per iustos, & per procuratores, vel syndicos: & quos procuratores non species. h. d.

Expositis generibus iudiciorum, consequens nunc est, urvideamus, per quas personas illa exerceri possint. Exercemus igitur iudicia non solum per nos ipsos, verum etiam per procuratores nostros, aut syndicos. Procurator est, qui aliena negotia mandato domini, vel quasi domini administrat. Syndicus h est universitatis defensor, & procurator. Porro procuratorum duo sunt species: alii enim dantur ad iudicia, alii ad negotia extra iudicium explicanda.

Procurator constitui potest paterfamilias, & filiusfamilias: & ad negotia potest procurator constitui, qui natus est annis XVII. ad iudicia filium natum vixintiquing. h. d.

Proest autem ad iudicia non solum paterfamilias, verum etiam filiusfamilias e nullo intercedente patris consensu, fieri procurator, si legitimam aetatem compleverit. Licet enim quis post XVII. annum procurator ad negotia licite constituitur, ad iudicia tamen, nisi major XXV. annis fuerit, constitui non poterit.

Natus annis XIV. potest esse in iudicio super causis spiritualibus per se, & per procuratorem, non obstante patria potestate. h. d.

Liud d tamen juris est in principali: nam si is ad quartumdecimum aetatis annum pervenerit, in causis beneficiis, & aliis spiritualibus, nec non ab iisdem dependentibus, ad agendum, defendendumque per se, vel procuratorem, perinde admittendus erit, atque si vigesimumquintum aetatis annum natus esset, nec e ulla patrie potestate, vel voluntatis erit habenda ratio: quamquam aliis regulariter filiusfamilias sine patris assensu in iudicio esse non possit.

Quomodo sit agendum, si minor quatuordecim annis in causis spiritualibus in iudicio esse velit. h. d.

Quod si quartumdecimum annum natus non fuerit, in huiusmodi causis, nec agere, nec defendere poterit, sed vel per Episcopum, vel ejusdem officialem ad has lites curator sibi dandus erit: vel si major in-

a Clem. 2. de iud. & Clem. septi. de verb. signif. b. ext. de syndi. c. Can. qui generaliter s. i. & seq. eo. in 6. d. Can. si de iud. in 6. e. Can. si. in huiusmodi de iud. in 6. f. Can. si. s. si vero, de iud. in 6.

fante fuerit, cum autoritate alterius eorundem potentiorum constituitur poterit.

Delegatus sedis Apostolicae in causis que aguntur inter se pro minori quatuordecim annorum, potest tamen curam habere, vel autoritatem constituendi procuratorem. Et cum in eo prohibetur potest esse procurator. h. d.

Quinetiam a Apostolica sedis delegatus, de oblationibus veniendis fuerit, vel curatorem daret, vel procuratorem constitueret, autoritatem prelati poterit. Constitui autem poterit non solum clericus, verum etiam laicus Regulariter h enim omnis, qui non prohibetur vel procuratoris officium idoneus habetur.

Si duo dati sint procuratores in solidum, occupatio vel conditio, nisi mandatis sit comprehensum, non tenentur: per nisi solidum altero non valeat, vel natus proficiat, prout aliam negotium suscipere, nisi si, qui non facit procedit non per se, si non sint dati in solidum, unus sine alio procedit non potest.

Et tam unus, quam plures possunt in una causa constitui procuratores. Si tamen e duo sint, non dicitur quod in solidum sint procuratores, constitutus unus sine altero non admittitur: sed, si in solidum constituti: tunc enim illius melior erit conditio, qui per litis contestationem negotium prius occupavit. Et dominus litis factus alterum excludit, nisi constitutus fuerit, quod occupantis conditio melior esse non debet. Tunc enim si eum, qui occupavit, aut legitime occupatio contingat, aut prosequi forte nolit, poterit alter negotium ab alio inchoatum suscipere se persequi, tamen ab alio alius non fuerit substitutus.

Procurator constitutus etiam ad ea, que specie mandati exigunt, non potest explicare ea, que casus mandati sunt, nisi in procuratoris sit facta expressa aliquorum articulo speciale mandatum exigentium: qui casus mandati expressi potest exequi procurator. h. d.

Ed five unus sit procurator, five plures, fieri mandati diligenter custodiendi erant, uter vero in se generaliter d quis ad omnia, etiam speciale mandatum exigentia constitutus procurator fuerit, et in generalitate huiusmodi ad aliquem articulum, in quo mandatum speciale exigunt, admitti non debent, nisi illud articulum generale quorundam articulo specialis mandatum exigentium subsequatur expresse: prout etiam de iurjurandum deferendi. Tunc enim de hoc expresse mandatum complectetur.

Mandatum non completitur, quia sine in procuratore expressa. h. d.

Rimina e tamen vel defectus in personam vel in ve ejus, cuius favore, vel faciente, vel iure facta est provisio, non huiusmodi generalitatis, vel expressis obventu, opponendi facultas competit, nisi huiusmodi liud in mandatis habet: Nam huiusmodi generalis mandatum graviora, vel majora, quam in ipso procuratore sint expressa, non complectuntur.

Procurator ad negotia hiberna est quatuordecim annorum. Procurator vero ad iudicia substituitur filium natum in expressa. h. d.

Ed e illud non est omittendum, quod licet procurator ad negotia sit liberum sit aliam quatuordecim annorum constituitur, iudicario tamen e minime id curatorem aut lites fuerit contestata, vel in rem suam datus sit, vel domino substituti fuerit concessa potestas: qui tunc etiam non expressam personam poterit in procuratore eligere.

a C. si. de deleg. de iud. in 6. b. Caus. ad iud. in 6. c. Can. qui ad agendum in 6. d. Can. qui ad agendum in 6. e. Caus. ad iud. in 6. f. Caus. si. de iud. in 6. g. Caus. ad iud. in 6. h. Caus. ad iud. in 6.

Regularetur in causa criminalibus non potest intervenire procurator. h. d.

Notamen in omni iudicio procurator intervenire potest. In criminalibus a enim causis neque acculator, neque accusatus, nisi per se ipsos impetere, vel defendere permittuntur, nisi si vel ab illudri propulanda si iniuria, aut rei contumacia sit excusanda, vel contra acculatorem sit excipiendum, aut de levi crimine tractetur, aut si de gravi agendum sit, civiliter agatur.

Causa et monachi non possunt esse procuratores nisi propria. Et si, urgente necessitate et superioris iussu. h. d.

Ed nec omnes ad procuratoris officium temere admittuntur. Ideoque Episcopus & universi sacerdotes, cum ad solam Dei laudem, piarumque operum actiones sint constituti, ab huiusmodi ministerio excludendi essent. Idem quoque obinet in monachis: nam & illis, cum solitariam vitam degere profiteantur, à forensi negotio, ac litigiosum moveri convenit. Planè monaste in exigente utilitate, vel necessitate, & Abbatis accedente imperio, ad procuratoris officium accedere non prohibentur.

Quid regularetur coram secularibus iudicibus postulare non possunt. h. d.

Postulandi sunt quoque officium clericis, qui stipendiis subsistentur Ecclesiasticis, coram seculari iudice in secularibus negotiis interdicunt, nisi propriam causam, vel Ecclesie suae prosequuti fuerint, vel si nisi urgente necessitate pro conjunctis, aut miserabilibus personis postulare velint.

Excommunicatus nec propria nomine, nec altero possunt esse in iudicio nisi ad defensionem. h. d.

Hic vero, qui excommunicationis vinculo innodati sunt, non solum procuratoris nomine in iudicio interesse non possunt, verum etiam nec proprio: actorem impugnant, excommunicato reo legitime defensionis copia non est admittenda.

Procurator universitatis, an qua sunt excommunicati, non potest appellare appellat, nisi tribus casibus. h. d.

Ed bellè dubitari contigit, an universitatis si aliquis procurator ex eo repelli debeat, quod majores & iudices, per quos eadem universitas regitur, tempore, quo in iudicium fuit procuratoris officium, erant excommunicationis sententia innodati, quasi & ille repelli debeat, cum non recipiuntur auctores? Et responsum est, huiusmodi procuratorem non repellendum, nisi vel illi ipsi excommunicati in literis procuratoris nomine expressi, vel aliter eorum auctoritate procuratoris institutio facta fuerit, aut ipsa universitas excommunicationis sententia simul cum eisdem procuratorem constituit.

Procurator revocari potest expressè, & tacite, pòd si demum per se incipiat causam tractare. h. d.

Quamdiu autem durat quis procurator, quamdiu is, qui eum constituit, revocet, sive expressè, sive etiam tacite. Unde & si Titium simpliciter procuratorem constitueris, in iudicio procuratoris nomine esse coepit, deinde, sive ante litem contestatam, sive post, ad causam ipsam venias, non uti ipsi assistas, sed ut causam eandem tractes, tractando causam Titium procuratorem revocare censuris: nisi quòd non animo revocandi factus, vel expresse professus fueris, vel ex aliquibus apparibus conjecturis.

Quis prodeus subsequenter limitat & interpretatur. h. d.

Ed eandem Titium sub ea forma l. quoties te abesse contigerit, procuratorem constitueris, & post-

a. l. m. c. r. m. g. g. l. m. c. v. n. o. s. t. e. d. e. a. c. c. u. s. b. C. ab. s. e. r. v. i. t. e. e. x. t. e. r. n. o. c. l. e. r. v. e. l. m. o. n. a. c. h. d. C. a. n. m. o. n. a. c. h. 16. q. 1. c. l. e. g. p. o. s. t. f. C. a. t. e. x. t. d. e. p. o. s. t. g. C. f. m. e. x. t. d. e. p. o. s. t. h. C. i. n. t. e. r. r. e. x. t. d. e. j. u. d. i. c. i. c. f. e. o. i. t. e. x. t. k. C. f. q. u. e. m. k. f. i. o. n. e. m. i. n. t. e. l. e. m. f. i. n. e. t. i.

modum per te ipsam causam tractes, non propterea tamen procuratorem revocare videris. Quinimo Titius, quocumque abesse te contigerit, procuratoris assumet officium.

Procurator si substituit, non potest substitutum revocare, nisi & revocandi habeat potestatem. Et procurator, qui substituit in una causa, non prohibetur in alia se intromittere. h. d.

Hic autem de revocatione domini sunt intelligenda. Nam si à procuratore tuo a alius procurator legitime substituitur, post mandatum susceptum, etiam si eo substitutus usus non fuerit, ab illo revocari, nisi etiam potestas revocandi fuerit eidem concessa, non potest. Sed si, cum ad plures, vel ad omnes causas, Titium generaliter procuratorem constituisse, in una vel in altera substitueris, in reliquis procuratoris officium exercere minime prohibetur.

Alia cum procurator revocato, donec ignoratur revocatio, tenent. h. d.

Ad hanc etiam ad monendi sumus, quòd si ignorante iudice, vel adversario, post contestatam litem mandatum revocatum fuerit, ratum esse debet iudicium, in quo quis post ignoratam revocationem quasi procurator veritatus fuerit.

Matrimonium contractum per procuratorem revocatum non tenet, licet revocatio non venerit ad votitiam partium. h. d.

Non sic tamen in matrimonio statuitur. Nam si procurator ad contrahendum specialiter constitutus, antequam contrahat, à domino revocatus fuerit, contractum postmodum matrimonium, licet tam procurator, quam ea, cum qua contraxit, revocationem huiusmodi penitus ignoraverint, nullius momenti penitus existit: cum illius consensus defecerit, sine quo firmatum habere non potuit.

Alia iudicis post revocationem procuratoris non ignoratam, non tenent. h. d.

Quòd si scientibus iudice & parte mandatum revocatum fuit, & nihilominus est in iudicio processum per procuratorem revocatum, tam alia acta, quam ipsa sententia nullum afferret domino præiudicium: cum falsi procuratoris exceptio non solum ante sententiam, verum etiam postea possit objici: qua probata iudicium prius nullum redditur.

Refutatio mandati non impedit refutationem acceptare, si mandati perditio in voluntate mandandi. h. d.

Non si idem juris statuatur in eo, qui absens procurator constitutus presentatum sibi mandatum suscipere nolle dixerit. Is enim refutatione huiusmodi nequaquam obstante, quando constitutus in eadem voluntate persistit, ad libitum mandatum acceptare poterit.

Receptis instrumentis, & cautis donec operantur, quid procurator non possit renunciare mandato, sed teneatur defendere. h. d.

At & literis, vel instrumento, quibus de re aliquis in causis suis procuratorem constituit, pro te debito modo cavet, simpliciter nulla facta protestatione, à te scienter receptis, non potes postea reculare illius defensionem: imò cogi poteris illum defendere in omnibus causis, & negotiis, ad quæ prædicta instrumenta, seu litteræ se extendunt: cum per hoc ad omnia tuam præstitisse videaris assensum.

Mors constituentis expirat mandatum, interdum etiam re non integra. h. d.

Morte quoque constituentis desinit quis esse procurator, quod interdum obinet etiam te non integra. Nam si prælati, vel rector te pro beneficio suo, vel Ecclesie procuratorem constituit, & tu vivente

a. C. i. q. u. i. d. e. p. r. o. c. u. r. i. n. e. b. C. m. a. n. d. a. t. o. e. x. t. v. o. t. i. c. C. f. i. n. e. s. i. n. d. e. p. r. o. c. u. r. i. n. e. d. C. c. o. n. f. i. r. m. a. t. i. o. n. e. & f. i. q. e. x. t. e. o. t. i. c. C. f. i. n. e. s. i. n. v. i. s. t. r. a. e. x. t. d. e. p. r. o. c. u. r. i. n. e. f. C. l. i. c. e. t. u. e. x. t. i. n. e. g. C. l. e. m. f. i. n. e. t. i.



